

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Quod sit Sacramenti subjectum, quámque intentionem habere debeat, vt validè Sacraenta recipiat. 12

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](#)

eur, & ita docuit Suarez, Aegid. Bonac. Paul. Laymann. locis allegatis.

3. Prædictus character à tribus sacramentis Baptismo, scilicet Confirmatione, & Ordine producitur, sicuti definitum est in Concilio Florentin. in Decreto de Armenis & in Trident. *sess. 7. can. 9. ibi*, si quis dixerit in sacramentis, Baptismo, scilicet Confirmatione, & Ordine non imprimit characterem in anima, hoc est signum quadam spirituale, & indubitate, unde ea iterari non possint, anathema sit. Colligiturque hæc veritas ex *Paulo 2. ad Corinth. 1.* dicente de sacramento Baptismi. Qui autem confirmat nos vobissem in Christo, & qui vinxit nos Deus, & qui signauit nos, & dedit pignus Spiritus in coribus nostris: vbi Paulus quatuor diuinis Spiritus effectus enumerauit. Primo fidem, qua confirmamur in Christo. Secundo gratiam, & charitatem, qua vngimur. Tertiò characterem, quo in domesticis Dei sigillamur, & confignamur. Quartò testimonium bone conscientie, quod est pignus salutis æternæ. Et licet Chrysostom. Theophil. Theodoret, & Occumen. ibi eundem effectum, scilicet gratiam, & charitatem omnibus illis verbis significari intelligant, quia gratia, & charitate Christo firmamur, & vngimur, & in filios Dei signamur, & salutis æternæ pignus habemus; attamen quia sacramenta Baptismi indebili signo in domesticis Christi designiamur, ea de causa aptius D. Thom. *qu. 63. art. 2.* quem communiter exposatores sequuntur de charactere signo perpetuo, & indebili prædictum resonum intelligent, sicuti intellectu creditur Cyrillos Hierosolymit. in *prefat. ad Cathecheses*, loquens de Baptismo, & Basil. lib. de *Spiritu sancto cap. 12.* & Epiphani. heresi 3. post med. Augustini. lib. 6. de *Baptismo contra Donatistas cap. 1.* & lib. 2. contra Epiph. Parmen. cap. 13. & epiph. 23. post medium. & circa finem, & specialiter de charactere Sacramenti Ordinis, August. sermo de gestu cum erexit. & lib. de bono coniugali cap. 4. & de charactere Confirmationis, lib. 1. contra litter Petilian. cap. 194. Denique Patres, & Doctores Scholastici passim hanc veritatem tradiderunt, vix potest communis Ecclesiæ consenserit firmaram.

4. Præter hæc tria sacramenta nullam aliud characterem imprimunt, vt colligitur satis ex dicto loco Concilij Trident. afferentes, ob eas causam tria illa sacramenta Baptismum, Confirmationem, & Ordinem iterari non posse; quia imprimunt characterem, vbi tacite definit reliqua sacramenta iterabilia hoc effectu catere. Præterea effectus ita singularis, supernaturalis, & diuinis sacramentis tribuendus non est abesse que sufficienti autoritate, vel ratione. At nulla est authoritas Scripturae, Patrum, vel Doctorum, ex qua leuissime colligatur hunc effectum reliquis sacramentis præter Baptismum, Confirmationem, & Ordinem concedendum esse insuper nulla est ratio ad id afflendum cogenit, sed portius ad negandum virget contraria. Tum quia reliqua sacramenta præter illa tria iterabilia sunt. Tum quia illa suscipientes non designantur ex illorum susceptione in aliquod ulterius officium diuinum cultus: nam penitentia sacramento mundatur a peccatorum macula, sed non inde destinantur in alterius muneras exercitium. Eucharistie suscepimus gratia, & charitate nutririuntur, & ad vincendas tentationes robortantur, ad ipsiusque tanquam omnium sacramentorum perfectissimum reliqua sacramenta diriguntur. Extrema Vnctione iuuantur in mortis articulo. Matrimonio denique suffinentur onera illius status. Nulla igitur est causa, ob quam character dictis sacramentis concedendus sit. Atque ita docent ferè omnes Doctores cum D. Thom. *q. 63. art. 6.*

5. Rui us insigniti characteribus prædictorum Sacramentorum Baptismi, Confirmationis, & Ordinis ita firmiter eos rectinent, vt per nullum peccatum quancunq; grauius amittantur. Est conclusio de fide, quæ satis colligitur ex illo Decreto Eugenij I V. quod est in Concilio Florent. post ultimum sessionem, §. 5. Ecclesiasticorum, & ex definitione Trident. *sess. 7. can. 9.* Si enim hæc Sacramenta valde suscepta ob nullum peccatum commissum iterari, possunt, euidenti est characteres, ex quibus hæc repetitionis priuatio prouenire non amitti. Quinimodo non solitum in hac vita, sed etiam in futura immutari peruerterunt secundum probabilem sententiam: in beatis inquam ad eorum ornatum, honorem, & accidentalem gloriam: in damnatis ad eorum ignominiam, & penam: ed quod obligacionibus, ad quas satisfaciendas Christi characteribus insigniti erant, non satisfecerint. Sie S. Thom. *qu. 63. art. 5. ad 3. Bonavent. in 4. diff. 6. pars. art. 2. q. 5.* Valquallis relatis, *diff. 1. 14. cap. 5. num. 91.* Aegid. de Coniunct. *q. 63. art. 5. ibi* Suar. Bonac. *disp. 1. q. 5. p. 3. in fine, & alij.*

6. Verum esto manent characteres prædicti post hanc vitam, non tam maner potest nec ministrandi, nec suscipendi sacramenta, quia sacramenta pro solis viatoriis sunt instituta, ac proinde soli viatoriis ea suscipere, vel ministrare possunt. Sie prædicti Doctores, specialiter Vafq. *dicto c. 1. n. 63.* Aegid. *q. 63. art. 5. in fine.* Suar. *ibid.* Ex quo fit characteres non esse formaliter potentia suscipendi, vel ministrandi sa-

Feria de Castro Sum. Mor. Pars I V.

ceramenta, alias frustra manerent post hanc vitam, si nullum sui exercitium habere possent. Sunt tamen signa in hac vita harum potestatrum actualium, in futura vita sunt signa has potestates precessisse.

Quod si aliquis mortuus diuina potentia resuscitetur iterum moriturus, cum eo tempore viator existat, potestatibus per Baptismum, Confirmationem, & Ordinem concessis gaudet, sicuti gaudebat, antequam è vita decederet. Quia ha potestates ob decepsum à via perierant. Postea ergo ad viam rediit, potestates redire debent, siquidem denud baptizandus, confirmandus, & ordinandus non est, Suar. Aegid. Val. locis allegatis, & Bonac. *dicta d. sp. 1. q. 5. p. 3. n. 6. in fine.*

P V N C T V M XII.

Quod sit Sacramenti subiectum, quam intentionem habere debet, ut validè Sacramentum recipiat?

1. *Solum homines viatores sunt sacramentorum capaces.*
2. *Sed non omnes omnium.*
3. *Infantes eorum sacramentorum, quorum sunt capaces non indigent illa propria intentione ad ea recipienda.*
4. *Adulti propriam intentionem, seu voluntatem recipiendi sacramentum habere debent.*
5. *Hæc intentione debet esse simpliciter libera.*
6. *Non requiritur quod sit actualis, vel virtualis. Sufficit habitualis.*
7. *Nec opus est praecesse esse actualem, sufficit, si praecessere interpretativa Penitentia sacramento exceptio.*
8. *Nulla alia dispositio prater dictam voluntatem ex parte sufficientia requiritur Penitentia sacramento exceptio.*

1. **F**ide Catholica firmatum est solos homines viatores Sacramentorum capaces esse, quia pro solis illis, & in eorum peccatorum remedium sunt sacramenta à Christo Domino instituta. Sic D. Thom. ab omnibus receptus. *qu. 64. art. 10.* Ex quo fit nec Beatos, nec damnatos capaces esse sacramentorum. Quia nec Beati augmentum gratiae recipere possunt, nec damnati peccatorum remedium Hinc à fortiori constat Angelos, sive Beatos, sive damnatos incapaces esse sacramentorum, quia in statu beatitudinis incrementum habere non possunt, in statu vero damnationis non possunt habere remedium. Et præterea quia Sacramenta sunt signa materialia, & sensibilia, & consequenter inepta Angelis, qui sunt pure spirituales. Non enim absque speciali miraculo res corporeas, & materiales tangere spiritus possunt, & per mutuum contractum sanctificare. Sic Henr. lib. 1. de sacram. cap. 21. num. 1. Suarez. *disp. 14. sect. 1. circa finem.* Reginald. lib. 26. num. 50. Bonac. *disp. q. 6. part. 1. n. 3. & alij.*

2. **V**eritatem soli homines viatores capaces sacramentorum existant, sed non omnes omnium. Nam prius ante vsum rationis, & perpetuæ amentis penitentiam percipere non valent, nec sani Extremæ Vnctionis sacramentum, nec feminæ ordinem, neque perpetuæ impotentias, carentque vsum rationis matrimonium. Nam sicut quodlibet sacramentum petit ex diuina institutione, ut fiat sub tali signo sensibili ex eadem institutione petit, ut fiat circa tale subiectum. Sic Henr. lib. 1. de sacram. cap. 21. num. 2. & 3. Suar. *disp. 14. sect. 1. circa finem.* Bonac. *disp. 1. q. 6. pun. 2. in fine.* Filiuc. *tr. 1. c. 8. q. 1. & alij.*

3. **Q**uam vero intentionem subiectum capax habere debet, ut validè Sacramentum suscipiat, breviter superest explicandum.

Et quidem de infantibus, antequam vsum rationis attingant, cum nullam intentionem habere possint, vix potest voluntate, liberisque consenserit dicendum est vel esse omnium sacramentorum incapaces, quod est falsissimum, vel affirmandum absque vila propria voluntate, aut intentione capaces foris aliquorum sacramentorum. Quorum autem capaces sint, dicendum est, cum de singulis sacramentis instituimus sermonem. Sed nunc breviter dico omnium sacramentorum præter Penitentiam, Extremam Vnctionem, & Matrimonio capaces esse, eò quod reliqua sacramenta iis tribus exceptis non postulant ad suos effectus necessarij propriam suscipientium voluntatem praecessisse. Secundus vero est de Penitentia, Extrema Vnctione, & Matrimonio: nam Penitentia materia remota sunt peccata actualia commissa, & Extremæ Vnctionis materia sunt horum peccatorum reliquæ, sive venialia peccata. At infantes ante vsum rationis incapaces sunt vsum peccatum actuali committendi. Ergo incapaces sunt Extremæ Vnctionis, Penitentia, Matrimonij vero constat incapaces esse nam Matrimonium fundatur in contractu, & libero contra hunc consensu, quem infantes habere nequeunt.

4. Restat igitur, ut solitum controversia sit de adultis, quam

volunt

voluntatem, seu intentionem habere debeant, ut validè sacramentum recipiant? Nam aliquam propriam voluntatem habere debet firmare ferè omnes Doctores sequentes D. Thom. q. 68. art. 7. teste Suar. *disput. 14. sect. 2. concl. 1.* Aegid. de Coninch. q. 64. art. 8. dub. 5. à num. 98. & seqq. Bonac. *disp. 1. q. 6. pun. 2. num. 1.* Paul. Laymann. lib. 5. sum. *trat. 1. cap. 6. n. 4.* Estque expressa sententia D. Augustini. *relati in cap. cum pro parsibus de consecratis. disp. 4.* differentiam assignans inter paupulos, & adulti baptizandos, inquitque non valeat baptismum collatum ei quib[us] consentire potest, si non consenserit. Idem constat ex *capitulis maiores de Baptismo*, §. item quartus. Vbi Innocentius loquens de eo, qui inuitus ad Baptismum traditur ait: Ille vero qui nunquam consentit, sed penitus contradicit, nec rem, nec characterem suscipit sacramentum: quia plus est expresse contradicere quam minimè consentire, quasi dicetur qui nunquam consentit, nec rem, nec characterem suscepit, ergo neque ea suscipit, qui sacramento recipiendo contradicit. Et licet in fine capituli dixerit Innocentius, tunc sacramentum esse validum, cum obiceat voluntatis contraria non inuenient obstantem, non inde inferatur, validum esse sacramentum, cum nullam adulterium voluntatem haberet. Tum quia nullam habere voluntatem, est habere voluntatem contrariam. Tum quia vix contingere potest, quod adulterium careat voluntate recipiendi Baptismum, quin contrariam illius voluntatem habeat. Ratio a priori est diuina institutio, quam ex communis Doctorum consensu colligimus. Et ex eo quod incongruum erat Christum Dominum primum sua redemptoris communicate velle iis, qui nec minimam voluntatem habent, cum possint, ut sibi communicetur. Itemque alienum est a diuina bonitate in suum obsequium, & mandatorum observationem involuntarios milites consecrare, & initiare. Neque obstat *Glossa in ditto cap. maiores de Baptismo* verbo *perdurare*, & in cap. *soler. verbo simulatio-*ne, & *verbo implorandum de consecratis. disp. 4.* astrense Baptismum recipi ab eo, qui ore tenue consentit abesse vila animi voluntate, quia debet intelligi baptismum recipi quoad forum Ecclesie, & hominum presumptionem, non tam men re ipsa. Neque item obstat Florent. Concilium dixisse tribus tantum sacramentum perfici, materia, forma, & intentione ministri. Nam esto intentionis suscipiens mentionem non fecerit, non idem infertur necessarium non esse in adulstis propriam habentibus voluntatem: sed solum infertur intentionem suscipiens non semper esse necessariam in omnium sacramentorum receptione, siquidem parvuli, & perpetuo amentes plurium sacramentorum abesse propria intentione capaces existunt. Ex sacramentum Eucharistiae, cum non constat in v[er]o, abesse vila suscipiens intentione consitit. Adde sub materia intentionem suscipientium comprehendendi in sacramentis quae continent in v[er]o.

5. Sed qualis debeat esse voluntas, quam suscipientes adulteri habere debent? Dicendum est debere esse simpliciter liberam, quia debet esse humana, & rationabilis, ac proinde immunita a coactione absoluta, sicuti expressè definitus Innocentius, in *capitulis maiores de Baptismo*, & *Concil. Carthagin. 3. cap. 34.* Dixi *simplicer liberam*, ut indicaret ex metu graui supradictam voluntatem non vitiare. Nam esto metus graui voluntariam diminuat, non tam liberatem integrè tollit, idoque non impedit quia sacramentum ex metu graui suscepit validum sit. Sic expressè ex communis sententia tradit Suar. *disput. 14. sect. 2. concl. 1.* Aegid. de Coninch. q. 64. art. 8. dub. 5. *concl. 2.* Quod si obiciatur te posse omnino coactum Euchariastiam recipere, ergo ad receptionem sacramenti voluntas simpliciter liberta suscipientum non requiritur. Respondeo te solidum materialiter suscipere sacramentum Eucharistiae, si omnino coacte, & involuntariè suscipias; illa enim suscepit sacramentum non est, quia non est sacramentum humanus v[er]us ac proinde nec mittit animam, cum Christo unitus secundum bene notauit Suar. *ditta sect. 2. in medio.* Bonac. *disp. 1. q. 6. p. 2. à n. 3.*

6. Sed haec libera voluntas ad sacramentum suscipiendum requisita non est opus ut sit actualis, aut virtualis, cum sacramentum suscipitur, sufficie se, habitualiter existit, qualis conseritur esse, si aliquando actualiter exitit, nec vnuquam retractata fuit. Colligitur ex Concilio Acaufic. 1. c. 11. alias 12. afferente conferendum esse Baptismum inuito obmutescenti, si antece perierit. Ex Concilio Carthagin. 3. cap. 34. & tradit expressè Suar. *disput. 14. sect. 2. concl. 1.* Aegid. de Coninch. q. 64. art. 8. dub. 5. *concl. 4.* Valenc. 1. 4. *disp. 4. q. 2. pun. 2. ad finem.* Bonac. *disp. 1. q. 6. p. und. 2. n. 8.* Paul. Laymann. lib. 5. sum. *trat. 4. cap. 6. n. 4.* Ratio vero est, quia cum sacramenta in suscipientium voluntatem sunt instituta, deinceps Christum Dominum pro illorum susceptione, qualib[us] suscipientium voluntate contentum esse, esto in ministro sacramenti saltem virtualis voluntas conficiendi sacramentum requiratur.

7. Adde neque opus est ad validè sacramenta suscipienda (Sacramento Penitentiae excepto) expressam voluntan-

tem illorum praecessisse, sufficie si praecesserit interpretatio, & virtualis, qua conferatur esse dum quis vult feruare omnia Ecclesia praecpta, sibiique remeda ad salutem necessaria applicari. Nam eo ipso vult, ut sibi sacramenta quibus indiger, conferantur: ob quam causam adulto contrito, vel attrito conficeret Baptismus, quia voluntatem habuit saltem virtualem suscipiendi medium sibi necessarium ad salutem. Et baptizato agrotanti, catholicisque viuenti concedi potest sacramentum Eucharistiae, & Extremæ Vndectionis, quia Baptismo suscepit ea catholicæ vite professione censeatur voluisse omnia remeda à Christo instituta in hominum salutem sibi applicari, cum illis indigeret. Excepti Penitentiae sacramenta, eò quod materia illius sint actus ipsius suscipientis. Debet ergo esse voluntas expressa. Sic Suar. *disp. 14. sect. 2. concl. 1. circa finem.* Aegid. de Coninch. q. 64. art. 8. dub. 5. *concl. 4.* Paul. Laymann. lib. 5. *trat. 1. cap. 6. n. 4.* Bonac. *disp. 1. q. 6. p. 2. à n. 8.*

8. Præter dictam voluntatem, seu intentionem suscipiendi sacramenta nulla alia dispositio ex parte suscipientium requiritur, ut valida sit illius suscepit. Excede sacramentum Penitentiae ob rationem nuper dictam, quia actus suscipientis, scilicet peccatorum confessio, illorumque contritus, vel attritus materia sunt illius. Sic tanquam omnino certum tradit Suar. *disput. 14. sect. 2. conclus. 1.* Colligitur aperitum ex Concilio Florent. Decreto de unione, tunc ex Trident. 10. *sess. 6.* Stante enim materia & forma, & intentione nihil est, quod ad valorem sacramenti desideretur.

PVNCTVM XIII.

Quam dispositionem habere debes, ut licite sacramenta suscipias.

1. *Quadam premittuntur pro intelligentia questionis.*
2. *Si ad sacramentum accedit iustus, & sanctus, nulla alia dispositio requiritur prater voluntatem suscipientis sacramentum ad obtinendum precium illius effectum, a: ad obtinendum secundarium debes venialis peccatum saltem actuali carere.*
3. *Si mortali actuali grauatus existas etiam si ignores debes contritionem, vel attritionem saltem cum sacramento habere, ut effectum sacramentum obtineas.*
4. *Si solum originali peccato graueris, cum adulterus sis, non indiges penitentia, bene tamen vide, & sp[iritu]o.*
5. *Confessio mortalis commissi si ad penitentiam, vel baptismum accedes satisfaciens attritionem habens. Secus si alia sacramenta sis suscepturns.*
6. *At si credis te esse contritum, cum tamen solum attritionis, obtines gratiam aliorum sacramentorum.*
7. *Aliqui affirmant solo actus fidei, & sp[iritu]e te sufficienter disponi ad gratiam in Baptismo, vel Penitentia obtinendam, si peccatum actualis committeris.*
8. *Contrarium probabile est. Firme satu fundam. n. precedenti adducto.*

1. *Premito sacramenta alia esse instituta per se in remedium peccati, quia sunt Baptismus, & penitentia, alia instituta per se in gratia augmentum, quia sunt reliqua omnia præter baptismum & penitentiam. Deinde præmitto te polle, citim ad sacramentum accedit sensus grauatum aliquo peccato mortali committi, vel ignorare grauatum esse, esto grauatus sis. His positis.*
2. *Dico primo, si absque nullo peccato mortali, sed iustus, & sanctus ad sacramentum accedas, nullam aliam dispositiōnem præter voluntatem suscipiendi sacramentum tenet habere, ut absque mortali sacramentum suscipias, illiusque effectum præcipuum, scilicet gratia augmentum obrineras; quia sacramentum ritè suscipis, cum obiceat gratia recipiendi non apponis: at existens in gratia nullum obicem apponis illius augmentum. Ergo sic Suar. ex communis sententia, *disp. 7. sect. 4. concl. 4.* Aegid. de Coninch. q. 62. art. 1. dub. 2. *concl. 6.* Paul. Laymann. lib. 5. sum. *trat. 1. cap. 6. n. 1.* Bonac. *disp. 1. q. 6. pun. 2. num. 10.* Verum est ad suscipiendum sacramentum, præcipuumque illius effectum obrinendum, nulla alia dispositio, citim iustus es, præter illius suscipiendi voluntatem requiritur, attamen ut effectum secundarium obrineras requiritur necessarium, ne in illius susceptione veniale peccatum committas. Si enim actuali complacencia peccari venialis committi sacramentum suscipias, vel in illius susceptione irreuerenter gesceris, impedis tum illius peccati venialis remissionem, tum specialem Defauorem ibi forte concedendum, si liber ab omni macula etiam veniali, & debita cum reuerentia sacramentum susciperes. Ab hac conclusione excepitum est sacramentum Penitentiae, eò quod etiam ab homine iusto suscipi non possit absque peccatorum contritione, vel attritione, quia est pars illius, sicuti norarunt predicti Doctores.*

3. Dico